

## 7.

*Papst Honorius III. nimmt das Hospital zu Freiberg in seinen und des heiligen Petrus Schutz und bestätigt seine Besitzungen.* [Rom] Lateran, 1226 Dec. 9.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die Bulle an Fäden von rother und gelber Seide.*

*Ann.: Vergl. No. 5.*

5

Honorius: episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis in Friberch | salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur | effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis precibus inclinati personas vestras et locum, in quo divino vacatis 10 obsequio, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum prestante domino justis modis poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domos possessiones ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste canonice ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino — Si quis 15 autem — Datum Laterani v. idus decembris, pontificatus nostri anno undecimo.

(B.)

## 8.

*Papst Honorius III. befiehlt den Aebten zu Allzelle und Buch und dem Propste zum heiligen Kreuz in Meissen, die Klagen des Meisters und der Brüder des Hospitals zu Freiberg gegen den Presbyter 20 Helvicus zu Erbsdorf und andere Presbyter der Meißner Diöcese, welche die Wahl einer Begräbnisstätte beim Hospital nicht gestatten wollen, zu untersuchen und Abhilfe zu schaffen.*

[Rom] Lateran, 1226 Dec. 15.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die Bulle an Bindfäden.*

*Ann.: Vergl. No. 13. Herlluwineschort ist ohne Zweifel Erbsdorf s. von Freiberg; vergl. Pfotenhauer in den 25 Mittheil. des Freiburger Alterthumsvereins 6,631f.*

Honorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Cella et . . de Boch | abbatibus et . . preposito sancte crucis Misnensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Con|questi sunt nobis dilecti filii . . magister et fratres hospitalis in Friberch, quod Helvicus ecclesie in | Herlluwineschort et quidam alii presbyteri Misnensis diocesis, 30 quominus decedentes apud hospitale ipsum pia devotione eligant sepulturam, contra justitiam se opponunt. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota sine debito terminetis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione 35 cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani xviii. kalendas januarii, pontificatus nostri anno undecimo.

(B.)